121

# De regimine acutorum

Qui de egro-
tancium
accidentibus
in singulis
egritudinibus
tractantes porro conscrip-
sisse feruntur, eos quidem
in hiis que tradiderunt
invenisse quiddam dubi-
um non est. Potest etiam
quilibet non medicus ita
facere ubi egri acciden-
cia percipiens denotavit.
Set eorum etiam que
circa hiis medico scire
necesse est et absque egri
iudicio nota debent fieri
plurima intacta dimi-
serunt. Que quidem in e-
gritudinibus diversis diversa ex parte
obstinatis et intelligi diffi-
ciles sunt. Fecerunt eciam
sagaci et optima investi-
gacione distinctiones et
in unaquaque morbi tipo
nonnulla ab eorum finibus
discrepancia poterunt inve-
nire. Circa inicium presentis
libri ypocratis de regimine acu-
torum, quem per dei graciam sum
incepturus, sunt diversa querenda.
Primo utrum medicina sit sciencia.
2° utrum scientia sit divisa in practicam et
speculativam. 3° que illarum
sit nobilior. 4° quid sit medicina.
5° utrum medicina sit sciencia nobis
innata vel acquisita. Set quia
de istis solet videri circa inicia
aliorum librorum medicinalium
ideo de hiis supersedeo. Et sunt

quedam alia proposito magis deservientia
inquirenda. Primo quid sit subiectum sciencie
huius libri. 2° que et quot sint cause huius libri.
Et 3° que sit intencio huius libri. Quarto
que sit utilitas huius libri. Quinto cui
parti philosophie sciencia huius libri subordinatur. 6°
de ordine huius libri ad alios libros ypo-
cratis. Septimo an sciencia huius libri sit una de
scienciis ordinariis de quibus loquitur Galenus. 8°
quis sit titulus huius libri. 9° et ul-
timo qualiter et quomodo dividitur presens
liber. Ad primum dicendum quod subiectum presentis
libri ypocratis de regimine acutorum potest esse hoc
generale corpus humanum in comparacione ad sanitatem
et egritudinem maxime acute conservabile
per dietam tantum et medicinas
laxativas et evacuativas et medicinas
alterativas curabile. Ad secundum de causis
est dicendum quod quatuor sunt cause huius
libri scilicet materialis efficiens formalis et finalis.
Unde regule et canones in presenti libro
collecte dicuntur materia huius libri. Causa
efficiens fuit ypocras. Nam ut
dicit orobasius plures fuerunt no-
minati isto nomine ypocras ut filius euclidis.
Causa formalis duplex est scilicet
in aliis libris forma tractatus et est
divisio libri forma tractandi et est modus agen-
di aliquando narrativus aliquando pro-
bativus. Causa finalis est conserva-
cio sanitatis vel conservacio corporis
humani ab egritudine maxime acuta et
curacio eiusdem egritudinis. Sanitas
tamen est finis desiderabilior sicut
in milicia victoria. Ideo scilicet conservacio
sanitatis eorum que in presenti libro traduntur
potest etiam dici causa finalis. Ad
3m scilicet que sit intencio ypocratis in
hoc libro. Respondetur quod intencio eius
est determinare in hoc libro de re-
giminibus egritudinum maxime acutarum
cum dietis sint plenesis et perplenesis.
Unde quod sit egritudo acuta patet 2°
amphorismorum quinto illius. Acutorum mor-
borum. Et in quinto illius acute egri-
tudines. Unde acuta egritudo
est cum motu veloci tendit ad suum finem magnum.
Et 3° pronosticorum commento illius 2m hanc
vero intencionem dicit morbus acutus
est qui cum febre vehementi habet velo-
citatem ad suum finem. Est tamen pro maiori
intellectu sciendum quod egritudo
dicitur acuta quatuor modis. Vel quia
est de natura acuta. Vel per accidens acuta.
Vel per tempus. Vel per membrum.

Acuta egritudo quadruplex dicitur:
per naturam
per accidens
per tempus
per membrum

Subiectum Libri

Materialis

Efficiens

Causae

Formalis

Finalis

Intentio

Apho. 19. Lib: 2:

Acuti Morbi Definitio

Divisio

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTHECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1083/0249
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG